

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9613

Auteur(s) : Richard du Hommet, connétable de Normandie [autre]

Bénéficiaire(s) : Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1156-1180]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard du Hommet, connétable du roi d'Angleterre, concède et confirme la donation faite aux moines de l'abbaye Notre-Dame d'Aunay par Robert Mauneveu de deux acres de terre que Richard lui avait données pour son service, ainsi que la donation faite auxdit moines par Guillaume de Colleville de La Ferrière-Duval de la terre que celui-ci tient de Richard.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H879(2).

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Les donations confirmées ici ne sont pas mentionnées dans la charte de confirmation générale du roi Henri II d'Angleterre de 1156-1159 mais sont mentionnées dans une autre charte du même roi de 1181-1189. Richard du Hommet, † 1180.

Texte d'après A

Ricardus de Humeto, constabularius domini regis Anglie, omnibus hominibus suis Francie et Anglie, clericis et laicis et aliis presentibus et futuris, in perpetuum salutem. Sciatis me concessisse et presente carta confirmasse Deo et abbacie Sancte Marie de Alneto et monachis ibidem Deo servientibus, duas acras terre quas Robertus Malusnepos dedit eis in liberam et puram et perpetuam elemosinam, que idem Robertus de me tenet in Airello et que ei donavi pro servicio suo. Robertus autem prenominate tali conditione donavit predictis monachis supradictas duas acras terre quod quod (sic) ipse et heredes sui debent eas tenere de eisdem monachis ad firma pro una mina frumenti inde eis annuatim reddenda, scilicet ad festum sancti Remigii. Et si ipse Robertus sepepredictus absque herede ab hoc seculo migraverit, predictae due acre terre remanebunt quiete in manu monachorum. Concessi etiam et presenti scripto confirmavi Deo et abbacie prenominate et monachis ibidem Deo servientibus totam terram Willelmi de Colevilla de Ferraria de Valle cum nemore ad eam pertine[n]te quod idem Willelmus de Colevilla dedit eis in puram et liberam et perpetuam elemosinam quod idem Willelmus de me tenebat. Quare volo et firmiter precipio, quod predicta abbacia et monachi in ea Deo servientes prefatam elemosinam supradicti Roberti Mali Nepotis et sepepominati Willelmi de Colevilla habeant et teneant bene et in pace, libere et quiete, integre et plenarie et honorifice, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et vivariis, in viis et semitis. Et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad terras supradictas pertinentibus, liberam et quietam ab omni servicio et exactione seculari ad me et heredes meos pertinere. Et prohibeo ex parte Dei et mea, ne quis heredum meorum huic confirmationi mee contra ire vel eam in

aliquo perturbare presumat. Testes istis, Eudone de Brece, dapifero meo, Willelmo de Colevilla, Bigot de Gruci, Willelmo Juga', Henrico de Brece, Henrico de Carkerini. Et de servientibus, Salvagio camerario, Oratio piscerna, Gringalet, Herveo Lemanssei, Henrico Pesle, Ricardo le Viveur, et pluribus aliis.